



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Alfonsum Salmeron, & Paschasius Broet. in Hiberniam legantur. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

us cum id egisset, ut Pontifex rem totam intelligeret, eamque Pontifex Regi liberam reliquisset, eos per epistolas certiores facit, rem totam à Pontifice in Regem reiectam esse: itaq; Regi per omnia obtemperēt: nulla prioris mandati religione moueantur. Sibi tamen (si Rex fortè scire velit, quid ipse sentiat) videri, ut Franciscus in Indiam proficiscatur: Simon in Lusitania remaneat: quod utique consilium Rex probauit. Hęc sunt disseminatae in Lusitania, & remotissimis Indiae regionibus, nostrae Societatis exordia.

ALFONSVS SALMERON ET

*Paschasius Broetus in Hyberniam
legantur.*

CAPVT IV.

Hoc item anno, Magister Alfon-sus Salmeron, & Magister Pas-chasius Broetus, cum per ap-la-potestate, nuntij Apostolici à summo Pontifice in Hyberniā missi sunt: Qua potestate castè, prudenterque usi sunt, suoque munere functi diligenter: ru-des illos, & incultos populos Regis An-glie potentia, & vicinitate labantes, in vera religione retinere studerunt: si-

L s dei

dei Christianæ dogmata imperitis ex-
plicarunt: pecuniam, neque exegerunt
vix quam, neque sponte oblatam acce-
perunt: si quid multæ nomine impe-
rassent, id totum egenis tribuebatur,
ipsi nihil penitus attingebant. Atque
hac sobrietate vitæ, & moderatione,
in ea prouincia aliquamdiu versa-
ti, in Galliam redierunt, quod aditum ve-
ritati clausū, & insidias à perditis qui-
busdam hominibus sibi fieri cōperis-
sent, qui eorū vitā pretio Anglis mer-
catoribus addixerant, ut eos Henrici
VII. Angliæ Regis, traderent potestati,
cuius ipsi, dum eò nauigarent, manus
diuinitus effugerant. Certior factus
de periculo Summus Pontifex, iusse-
rat quidem, vt illi se in Scotiam trans-
ferrent, cum eadem potestate: sed cum
illa Prouincia, pessimè aduersus se-
dem Apostolicā iam tū affecta esset,
animique nobilium ab illius reveren-
tia alienati, inopportunum tempus
ratus Pontifex, homines ad se reuoca-
uit. Itaque Lutetia iter in Italiam suis
ipsi pedibus, tenuique pecunia, Apo-
stolici nuntijs sunt ingressi. Et cum bel-
lum in Hispaniam Gallia instrueret,
quasi sp̄culatores, Lugduni interce-
pti, in vincula coniiciuntur: à Cardi-
nalibus

nalibus Turonensi deinde, & Gaddio agniti, educuntur, & viatico equisque benignè donati, Romain ad Ignatium remittuntur. Interea Faber cum D. Ortizio in Hispaniam hoc ipso anno 1541. est profectus : in cuius locum Nicolaus Bobadilla, professione edita, in Germaniam, Pont. Max. iussu, missus est. Et ut ex ijs, quæ diximus, perspici potest, ex quo à Summo Pontifice confirmata nostra Societas est, vix anno vertente in Italiam, Galliam, Hispaniam, Germaniam, Indianam, atque Hybernam disseminatam illam videre licet;

D E C O L L E G I I S C O N I M-
bricensi, & Goensi ac Romane
demo.

C A P V T V.

Hoc rerum statu, Ioannes III. Lusitaniæ Rex, vt Indorum saluti consuleret, misso ad Indos Francisco Xauier, alios ex nostris, quare ratione in annos singulos posset mittere, cogitauit: Collegiumque nostræ Societati decreuit omnium primus instituere, quod illius propagandæ in Lusitania, quasi seminariū esset. Quare

L. 6 ad